

6803 Lacco apud Ambrosium Piro.

D M  
ALBIAE IRENAE  
COMINII  
GLYPTVS M ET  
5 MARCELLINA  
MATRI  
OPTIMAE

Engel-Dolfus apud H. de Villefosse *Bull. des antiquaires de France* 1878 p. 215.

2 IRENAT traditur. — 4 M non intellego.

6804 [= 3525] Ischia in aede S. Restitutae.

M · ANTONIVS · AVGVSTAE LIB · BATYLLVS  
ET · ANTONIA · AVGVSTAE · I · I · AIS  
et M · ANTONIVS · ///ICTERES · SIBI · ET · SVIS

Capaccius l. II c. 15 p. 570 (inde coniecturis corruptam dedit Reines. XV, 3).

Versuum divisio incerta est tradunturque 1 AVGVSTALIS · BATYLLVS, 2. 3 AVGVSTAE IASII M.

6805 [= 3527] Ischia in S. Restitutae CAPACC.  
Ibidem adhuc in aediculae adiunctae atrio  
pone scrinia marmorea ex parte in pariete  
latens D'ASCIA, HOLTZINGER.

MEMORIAE  
SALLVVIAE  
NAEVILLAE  
FILIAE  
5 PIENTISSIMAE  
PARENTES  
GEMINVS  
ET · ARTEMIS

Vv. 1—4 et descriptos et charta expressos  
misit Holtzinger. Capaccius l. II c. 15 p. 579  
dedit integram, vv. 1—4 et partem v. 5 d'Ascia  
*storia* p. 331.

Quae non viderunt recentiores, dedimus in-  
clinatis. — Versus continuat Capaccius.

## XCVI. CAPREAE INSVLA (*Capri*).

(C. I. Gr. 5870 b — 5873.)

Insula Graecis dicta αἱ Καπρίαί (Strabo 1, 2, 12 p. 22. 2, 5, 19 p. 123. 6, 1, 6 p. 258; Steph. Byz. s. v.), rarius ἡ Καπρία (Καπρία Hecataeus apud Stephanum Byz. s. v.; Καπρία Dio 52, 43. 58, 5. 72, 4), *Capreae* autem tam Latinis (Vergilius Aen. 7, 735; Ovidius met. 15, 709; Mela 2, 7, 121; Plinius 3, 6, 82 al.) quam Graecis pendentibus ab iis (Strabo 1, 3, 19 p. 60. 5, 4, 8 p. 247. 5, 4, 9 p. 248; Iosephus 18, 6, 4; Plutarchus de exilio 9), raro *Caprea* (Καπρία Ptolemaeus 3, 1, 79) vel *Capraria* (itin. marit. p. 516), si fabulas mittimus de Telebois insulae incolis antiquissimis (Vergilius l. c.), ex quo tempore certa eius memoria suppetit, Neapolitanorum fuit (Strabo 5, 4, 9 p. 248), quorum propterea fuisse putandus est tam Blaesus σπυδογελοίων ποιητῆς Καπριάτης (Steph. s. v.) quam ephebi qui Augusti temporibus *ex vetere instituto* Capreis exercebantur (Suetonius Aug. 98), mansitque eorundem, donec Augustus eam cum Aenaria permutavit (Suetonius Aug. 92: *apud insulam Capreas vetustissimae ilicis demissos iam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo adeo laetatus est, ut eas cum re publica Neapolitanorum permutaverit Aenaria data*; Strabo l. c.; Dio 52, 43). Aliquando duo oppida (πολίχνας) ibi fuisse, iam unum superesse Strabo (l. c.) ait, vicis intellegens; nullo enim tempore suam rem publicam insula habuit. Augustus villam ibi fecit (Strabo l. c.: τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου — Καίσαρος Σεβαστοῦ — κτῆμα καὶ κατοικοδομήσαντος; Suetonius Aug. 72. 98) eam-

que Tiberius auxit arce aedificata (Plinius 3, 6, 82) cum pharo (Suetonius Tib. 74) et duodecim villis a deorum vocabulis nuncupatis (Tacitus ann. 4, 67; Suetonius Tib. 65), ibidemque extremos annos vitae exegit (cf. Tacitus l. c.; Suetonius Tib. 40. 60. 62. 73. 74. Gai. 10. Vit. 3; Ioseph. 18, 6, 4; Dio 52, 43. 58, 5 cet.). Familiae eius, cui sepulcrum instituit fortasse Surrenti (vide supra p. 76), creduntur esse *vernae* qui dicuntur *Caprenses* (vol. VI n. 8958, item n. 8409, ubi pro VERNAE CAPRINE quod traditur scribendum videtur CAPRIEN vel CAPRINEO). Post Tiberium Capreas secessum principes frequentare desiisse videntur, fortasse ob infelicem memoriam. Haec quoque insula sub imperatoribus exilii causa relegatis adsignabatur (Dio 72, 4).

Titulos Capreae dederunt paucos et Graecos (C. I. Gr. 5870 b — 5873) plures quam Latinos. Nummum plumbeum monstrantem ab una parte aedificium formae ellipticae, ab altera verba haec: C · MITREIVS · MAG · IVVENT editum ab Hadrava (*ragguagli di vari scavi e scoperte di antichità fatte nell' isola di Capri*. Neapoli 1793 p. 50) et inde extra ordinem receptum in ed. I n. 3512, satis constat Capreis eruderatum esse; errore enim comes a Torre Rezzonico apud ROMANELLIVM (*isola di Capri*. Neapoli 1846. 8. pp. 124) p. 25 eum citat quasi fuerit apud Ficoronium, apud quem non invenitur. Sed inde nequaquam efficitur id plumbum ad Iuvenalia oppidi alicuius pertinens (cf. supra n. 6555) origine Caprense esse.

6806 in basi statuae viri togati. Capreis rep. inter villae rudera quae creditur fuisse Tiberiana; est in vinea vicino alla marina grande.

IVLIVS  
SALIVS  
FECIT

Ectypum vidi. Kluegmann *Bullett. dell' Inst.* 1867 p. 133; Beloch *Campanien* (1879) p. 286.

X

6807 in capitulis duobus columnarum rep. in effossionibus Caprensibus illatisque in museum Neapolitanum INV. Ibi num extent, nescio.

a M · V · D  
b F · G · V

Inventarium scriptum musei publici Neapolitani (cod. bibl. civ. Panormitanae 4. Qq. D. 49) f. 182 = *musei d' Italia* vol. 1 p. 228.

86